UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

# Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politiorem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plvtarchi Chaeronensis Ethicorum Sive Moralium

**Plutarchus**

**Impressum Francofor. ad Mœn., M.D.LXXXXII**

In librum V

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-351

Visual Library

*in Aldino, & in manuſcripto ſit παρακυλίσασα, quod memor τῆς ἁλυκίδος facile ſibi reſtituiſſet. Eſt autem & apud Euſebium ita vt nos ſcripſimus (niſi quid deeſt) παραλυκίζαντα legendum. In fine capitis ἀπὸ τῆς, legendum ἀπὸ γῆς. Scriptus, Euſebius, ratio.*

## IN LIBRVM IV.

Κατ' αὐτήν.] *legebatur αὐτὸν. q. d. Euthymenem ſenſiſſe, mare extremum eſſe dulce. manuſcriptus habet αὐτήν, ſuapte natura. pro καθ' αὐτήν. nam adſpirationem negligi non eſt prorſus inuſitatum. αὐτὴν etiam Budæus legit. Cæterùm pro ἐξυδρῶν contenderim quouis pignore legendum ἐξιδρουῶν. quod ſane etiam in ſcripto deinde reperi.*

37. 38. Diſpoſiti.] *legi enim ὄργανα τεταγμένα, vt habet manuſcriptus adſtipulante ratione, non τεταμένα.*

43. 29. Cucurbitulis comparat.] *ἀπεικάζει. παρεικάζει, manuſcriptus. & paulo antè εἴσω, quod omnino reponendum eſt pro ἴσω, & pro ὑπ' αὐτὸν, ἐπ' αὐτὸν. Sed & reliqua ſunt vt multa alia (& κόλπον nihil hîc facit) mutila & praua. in fine pro κινεῖσθαι Budæus legit κεῖσθαι. quod probarem, etiam ſi ſcriptus errorem admiſiſſet. Locus eſt miſerè mutilus.*

## IN LIBRVM V.

45. 9. Potiri ſe putant.] *τὰς ἐρομένας ἔχειν deeſt οἰομένους. aut aliud tale. Sed in his libris hoc emendandi genere vti nolui. Cap. V. Hippo, Hipponax ſeptimo producitur. apparet alterum eſſe mendoſum.*

45. 38. Surſum attracta.] *προσανελκομένης. manuſcriptus παρελκομένης: & in inſcriptione capitis ſequentis γινῶνται pro γίνονται.*

47. 3. Tunc ſuperfetationem.] *Legitur ſanè ὅτι σύλληψιν ἔρχεται. ſuſpicor legendum ἐπισύλληψιν (ſuperfetationem) δέχεται: alioqui nihil hæc ad propoſitum. Sed nimis multa ſunt*

*talia:*

*talia: & aliunde res melius cognoscentur. Quod Stoicis Cap. 9. tribuitur, Diocli adscribitur Cap. 13. Sed omnia annotare non vacat. Cap. 17. Stoicorum sententia est manca. Budæus nescio an librum bonum, an verò secutus sit suum sensum. In Cap. 18. ἢ πίθηλαι νυκτὶ, nulla sententia. forte ἢ πίκλελαι νυῶ. Sed & reliqua sunt manca.*

49. 16. Laboriose gestato fetu.] *Legi hîc* τὸ κύημα, *vt habet manuscriptus. Locus in nostro erat male distinctus, & κρίμα legebat, nullo plane sensu, errore facili. paulo antè idem habet scriptus* καθολικώτερον, *quod melius est superlatiuo.*

50. 11. Esset densatum.] πυκνωθείσης τῆς τροφῆς. *Scriptus* τῆς δὲ καὶ τοῖς ζώοις τοῖς τροφοῖς. *Manca sunt hæc omnia, & incencinne videntur in compendium fuisse redacta, & si quis scire velit sententiam Empedoclis hac super re, multo commodius discet ex Simplicij in secundum Physicorum Aristotelis cōmentarijs, vbi de monstris, & causa finali agitur, &* βουγενῆ ἀνδρόπρωρα *Empedoclea referuntur. Suprà ex Euripide videntur versus prolati.*

Cap. 20. καὶ κόσμον.] *Scriptus* κόσμου.

52. 16. Inflexi si remittantur.] καὶ πάλιν σπονδιὸς ἀναχαλασθὲν. *Sic & manuscriptus. Est autem hoc quidem monstrum lectionis. Videtur dicere ramos arborum inflexos si relaxētur, rursum in suam sese redigere rectitudinem. Quod Budæus ordinem capitum 23. & 24. inuertit, quem Scriptus quoq; habet, id nequaquam ratione caret.*

52. 34. Vinum vino præstantius.] χρηστηκὸν. *manuscriptus* χρηστικὸν. *ego* χρηστικῶν.

53. 12. Totum exagitatur.] ἐξ ὅλης κυκλεῖται. *Scriptus* ἐξ ὕλης. *Sed in fine codicis hoc ipsum caput repetitum erat, ibiq; ἐξ ὅλης legitur.*

## IN PARALLELA.

54. 29. Diodorus Siculus.] *legitur* Διονύσιος, *Dionysius. mihi placuit Diodorus, cuius bibliothecæ extat pars. Cynegiri*